Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



melior illo. Ascendebat autem sursum
contra populum omnem a humero
suo et sursum. Erant autem asinae tis patris saul. Et dixit
eis ad saul filium suum. Tolle tecum
unum de puris et surgens vade et quere
asinas. Qui cum transissent montem ephraim et terram salisa et non in
venissent transierunt et terram salim
et non erant. Et terram iemini et
minime reperunt. Cum autem venissent
in terram suph et non invenissent etiam
ibi dixit saul ad puerum suum qui erat
cum eo. Veni et revertamur ne forte
dimittat pater meus asinas et sollicitus
sit nobis. Qui ait ei. Ecce est vir
dei in civitate hac vir nobilis omnia
quae loquitur absque ambiguitate veniet.
Nunc ergo eamus illuc si forte indicet
nobis de via nostra propter quam venimus.
Dixitque saul ad puerum suum. Ecce
ibimus. Quid feremus ad virum
dei. Panis deficit in sacculis nostris
et sportulam non habemus ut demus
homini dei. nec quicquam aliud. Rursus
puer respondit sauli et ait. Ecce inve
nta est in manu mea quarta pars sicli
argenti. demus homini dei. ut indi
cet nobis viam nostram. Olim in isra
hel sic loquebatur unusquisque vadens co
sulere deum. Venite et eamus ad vi
dentem. Qui enim propheta dicitur hodie
olim vocabatur videns. Et dixit
saul ad puerum suum. Optimus ser
mo tuus. veni eamus. Venit ci
vitatem ubi erat vir dei. Cumque
ascenderet clivum civitatis. invenerunt
puellas egredientes ad hauriendas
aquam et dixerunt eis. Numquid hic vi
dens. Quae respondentes dixerunt illis.
Ita est. Ecce ante te festina nunc. Ho
die enim venit in civitatem. quia
sacrificium est hodie populi in excelso. In
gredientes urbem statim invenietis eum
antequam ascendat in excelsum ad vescen
dum. nequa enim manducabit populus

donec ille veniat. quia ipse benedicet
hostiae et deinceps comedent qui vo
cati sunt. Nunc ergo ascendite. quia
hodie reperietis eum. Et ascenderunt
civitatem. Cumque illi ambularent
in medio urbis. apparuit illis samuel
egrediens obviam eis. ut ascenderet in
excelsum. Dominus autem revelave
rat auriculam samuelis ante unam
diem. quam venisset saul huc. Hac
ipsa quae nunc est hora. ecce mittam
ad te virum de terra benyamin. et un
ges eum ducem super populum meum israel.
et salvabit populum meum israel de manu
philistinorum. quia respexi populum meum.
Venit enim clamor eius ad me. Cumque
aspexisset samuel saulem. Dominus
autem ei. Ecce vir quem dixeram ti. Iste
dominabitur populo meo. Accessit autem
saul ad samuelem in medio porte
et ait. Indica ergo mihi. ubi est domus
videntis. Et respondit samuel sauli di
cens. Ego sum videns. Ascende ante
me excelsum. ut comedas hodie
mecum et dimittam te mane. et omnia
quae sunt in corde tuo indicabo tibi.
et de asinabus quas perdidisti hodie ne
ne sollicitus sis. quia inventae sunt.
Et cuius erunt optima quaeque israel.
Nonne tibi et omni domui patris tui.
Respondens autem saul ait. Numquid non
filius iemini ego sum de minima
tribu israel. et cognatio mea novissima
inter omnes familias de tribu be
nyamin. Quare ergo locutus es mihi
sermonem istum. Assumens itaque
samuel saulem et puerum eius. intro
duxit eos in cenaculum. et dedit eis locum
in capite eorum qui fuerant invitati. Erant
autem quasi xxx. viri. Dixitque samuel co
co. Da portionem quam dedi tibi. et praecepi
ut reponeres seorsum apud te. Levavit
autem coquus armum. et posuit ante saul.
Dixitque samuel. Ecce quod remansit
pone ante te et comede. quia de mul